

**De tympanitide dissertatio inauguralis medica ... / pro gradu doctoris
medicinae ac chirurgiae rite obtinendo d. xiv. Decembris A. MDCCLXXXVII.
publice defendet auctor Ioannes Gottlieb Schulz.**

Contributors

Schulz, Johann Gottlieb.
Universität Göttingen.

Publication/Creation

Goettingae : Typis H.M. Grape, acad. typogr, [1787]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ptga8qkw>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

3

DE
TYMPANITIDE

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
[MEDICA

QVAM
[ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS
CONSENSV ET AVCTORITATE

PRO
GRADV DOCTORIS
MEDICINAE AC CHIRVURGIAE
RITE OBTINENDO


D. XIV. DECEMBRIS A. MDCCLXXXVII.


PVBLICE DEFENDET

AVCTOR
IOANNES GOTTLIEB SCHVLZ
THORVNENSIS.



GOETTINGAE,
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.









§. I.

Tympanitis, a) tympania, hydrops ficcus, b) hydrops flatulentus, Trommelfucht, Windsucht, tumor est abdominis

a) Hocce nomen inde demum a Celsi temporibus reperiri BRENDDEL in Opusc. T. II. p. 122. notavit.

b) An Hippocrates sub nomine hydropis ficci tympanitidem intellexerit, haud certe af-

nis permanens, tensus, digiti impressioni renitens, & percussus tympani sonum referens (a quo symptomate morbus nomen quoque accepit) sine fluctuationis aut ponderis sensu.

§. II.

Saepe oritur subito c) morbus, nullis praegressis symptomatibus, nonnunquam lento pede, clanculum & tacite d) advenit. Saepius tamen praegressis in abdomine,

firmari potest, neque enim ex ipsius scriptis, nec ex interpretibus, nec ex Galeno verbi hujus significatio est definienda, uti monuit DE HAEN Rat. Med. T. II. p. 74.

c) v. BONNET sepulchr. Genev. 1700. fol. T. II. L. III. Sect. XXI. Obs. XXIII.

d) v. COMBALUSIER Pneumato - pathologia Paris. 1747. 8. p. 20. DE HAEN rat. med. T. IV. Cap. III. §. I, BRENDÉL l. c. p. 122.

mine, praecipue circa umbilicum tensionibus, doloribus e) & alvi obstructione, sensim abdomen expanditur, digito prementis haud facile cedit, & percussus, tympani ad instar percussi, resonat f). In quibusdam ructus & borborygmi, aut levami-

A 2

ne

e) Jam HIPPOCR. Aph. Sect. IV. 40. dixerat: „quibus tormina & circa umbilicum dolores fortes sunt, qui remediis non cedunt, in hydropem siccum definunt.,, Constantes morbi prodromos hos dolores vocat COMBALUS. l. c. p. 21. v. LIEUTAUD Synops. p. m. 238. BAGLIV Opp. Lugd. 1745. p. 82. & 576. FR. HOFFMANN Med. Rat. Syst. T. IV. P. IV. Cap. XV. §. XII. p. m. 341. v. SWIETEN Comment. L. B. 1764. T. IV. p. 175. BRENDL l. c. §. II. p. 122. CULLEN Anfangsgr. d. pract. A. W. T. IV. p. 92.

f) Hocce symptoma pathognomonicum morbi in dubium vocare voluit LIEUTAUD Synops.

ne aut prorsus nullo percipiuntur g); nunquam autem inde intumescencia abdominis minuitur. Respirationis angustia, ciborum fastidium & febricula oritur h). Pulsus varius

opf. p. 237. „Sed multum abest, quod in omnibus illud phaenomenon annotetur quod falsissimum deprehendimus & pluries nonnullis clinicis hisce praejudiciis antea obcoecatis examinandum praebuimus, qui se aliorum fide delusos fuisse fateri, haud erubuerunt.,, Ab omnibus vero medicis annotatur. v. ARETAEUS de C. & S. M. ed. Boerhav. L. II. c. 2. p. 49. A. & D. CELSVS de med. L. III. Cap. XXI. p. 160. FR. HOFFMANN l. c. v. SWIETEN l. c. T. IV. p. 170. STÖRK Annus med. II. p. 190. DE HAEN l. c. T. II. p. 73. COMBALUS. l. c. p. 8. 23. 98. CULLEN l. c. SELLE med. clin. p. 307.

g) v. COMBALUS. l. c. p. 21. BAGLIV. l. c. p. 576. METZGER Adversar. T. II. p. 247. FR. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. l. c. §. XII.

h) Eam semper concomitari tympanit. COMBALUS.

rius deprehenditur, nunc debilis & frequens i), nunc durus, celer & tensus k). — In progressu morbi appetentia ciborum plane prostermitur l), corpus extenuatur & marcescit m), genae subinde, ut in phthificis, rubent, circa praecordia aestus n) oritur. Respiratio anxia anhelosa o) & tussis accedit

BALUS. l. c. p. 201. BRENDL l. c. p. 123. & alii affirmant. v. TRNKA DE KRZOWITZ Hist. tymp. p. 205. & 206.

i) v. FR. HOFFMANN Med. R. S. l. c. §. XII. METZGER l. c. FR. HOFFM. Consultat. Cent. II. Obs. 65. STÖRK l. c. CULLEN l. c.

k) v. COMBALUS. p. 201. LOMMIUS Observ. med. L. II. p. m. 200.

l) v. BAGLIV. l. c. LIEUTAUD l. c. CULLEN l. c.

m) v. COMBALUS. l. c. p. 22. & 199. BRENDL l. c. p. 123. STÖRK l. c. p. 191. & 203.

n) v. FR. HOFFMANN med. rat. syst. l. c. §. XII.

o) v. FR. HOFFM. l. c. COMBALUS. l. c. p. 20.

dit sicca creberrima p). Dolores circa umbilicum recrudescunt q). Alvi constipatio manet *), subinde tamen alvus satis libera absque ullo levamine aegroti r). Urina parior, acrior, rubicundior mittitur, quam in principio morbi, & pessimo omine saepe accedit stranguria s). Sitis tandem dirissima

& 200. STÖRK l. c. p. 91. BAGLIV. l. c. p. 576. liberam tamen respirationem in summa abdominis intumescencia observavit.

p) v. BAGLIV l. c. p. 82. BRENDL l. c. LOMMIUS l. c. p. 201. tussim aridam tympaniticis, siccam vero asciticis peculiarem esse dicit.

q) v. COMBAL. l. c. p. 195.

*) COMBALUS. l. c. p. 197. CULLEN p. 98. BAGLIV l. c. p. 98.

r) v. BRENDL l. c. p. 123. STÖRK l. c.

s) v. BAGLIV l. c. p. 82. COMBALUS. p. 202. FR. HOFFM. l. c. §. XII. BRENDL l. c. p. 123.

rissima oritur t), sanguis in quibusdam e naribus stillat u), pedes intumescunt v). Ileus x), denique, syncope, inflammatio intestinorum, gangraena vitam finiunt.

§. III.

Quamvis autem tympanitis ab aliis ei quoad externum habitum similibus morbis facile distingui possit, si notae ipsi propriae recte teneantur, mihi tamen non alienum ab instituto visum est, hic notas ad-

A 4

dicere

t) COMBAL. p. 22. STÖRK p. 191. BREND-
DEL l. c. CULLEN. l. c. p. 99.

u) v. BRENDDEL. l. c. FR. HOFFM. Consult.
Cent. II. Obs. 65.

v) v. BAGLIV. l. c. p. 576. „quod familiare pluribus tympaniticis observavi, quibus non a principio morbi sed circa vitae finem pedes intumescunt.,, v. COMBALVS.
p. 22.

x) v. STÖRK l. c. p. 204.

ficere quomodo ab hydrope distinguenda sit. In tympaniticis abdomen non in tantam molem quam in asciticis y) extenditur, neque forma ac moles abdominis a vario corporis situ mutatur z), abdomen tympaniticorum magis ad latera compressum a) est, & fluctuatio b) non deprehenditur, sensusque ponderis c) in tympaniticis abest.

Hydrops

y) LOMMIUS l. c. p. 200. LIEUTAUD Synops. p. 237. v. SWIETEN T. IV. p. 172. DU VERNON jun. in Mem. de l'acad. des Sciences de Paris année 1703. p. 161.

z) v. COMBALUS. l. c. p. 229. v. SWIETEN l. c. p. 172.

a) SELLE med. clin. p. 307. DU VERNON l. c. & l. c.

b) DU VERNON l. c. DE HAEN l. c. T. II. p. 73. COMBALVS. l. c. p. 229.

c) v. SWIETEN l. c. SELLE l. c. COMBAL. l. c. quem adfuisse tamen morbo inveterato WERLHOF in Comment. Litt. a. 1735. Hbd. 36. nr. 4. narrat.

Hydrops quoque sensim, simul cum imminuta urinae excretionē oritur, non ita in tympanitide. Cutis abdominis hydropicorum pallidior est, prementi digito minus resistit, lentiusque impressio facta restituitur. Pulsus etiam in hydropicis crebriores duriores, in tympaniticis vero languidiores esse COMBALUSIER d) & LOMMIUS e) affirmant. Praecipuum vero signum diagnosticum sonus f) ille est, qui percusso abdomine tympaniticorum editur. Conjuncta vero tympanitide cum hydrope, casu tamen perraro g), diagnosin difficiliorem evadere per se patet. Minus tamen sensi-

A 5

bilis

d) l. c. p. 229. e) l. c. p. 200.

f) v. DU VERNOY l. c. DE HAEN l. c. T. II. p. 73. & T. IV. p. 67. COMBALUS. l. c. p. 229. SELLE l. c. p. 307. v. SWIETEN l. c. T. IV. p. 172.

g) WILLIS l. c. MORGAGNI de Sed. & Caus. Morb. Epist. XXXVIII. art. 21.

bilis sonus ille tympanitidi proprius, gravior abdominis tumor, molestiae ex decubitu, tumor pedum oedematosus, fluctuationis aliqua perceptio, minorque resistentia abdominis ad impressionem, aliquatenus indicant, an morbus magis ad tympanitidem vel hydropem accedat h). A colica flatulenta aliisque intumescentiis abdominis duratione, & a meteorismo i) eo discernitur, quod hic pessimus comes febrium acutarum praesertim gastricarum & putridarum sit, plerumque absque doloribus & cum sensu gravitatis in regione lumborum, maxime tamen tympanitidi affinis.

§. IV.

h) v. COMBAL. p. 230. DE HAEN rat. med. T. IV. p. 67. DU VERNON l. c. p. 161.

i) v. SARCONI Geschichte der Krankh. in Neapel T. III. p. 118. sq. STOLL rat. med. T. II. p. 22. COMBAL. p. 132.

§. IV.

Ut plurimum hic morbus invadit senes, tum & foeminas praesertim vero post puerperium, cohibito fluxu lochiali, aut neglecta nec rite facta abdominis deligatione; post abortus. Nec tamen infantilis aetas ab hoc morbo libera censenda, qui illos praecipue si vermibus infestantur, aut post variolas & morbillos aggreditur. Praecipue vero huic morbo obnoxii, qui vitam sedentariam, inertem ducunt, spirituosam amant, habitaculis humidis squalidis k), victu minus perspirabili, crassiori utuntur. Tum etiam nimia venere debilitatos, & hypochondriacos l) aliisque morbis convulsivis

k) v. BRENDDEL l. c. p. 123.

l) WILLIS Pharm. rat. P. II. Sect. II. c. 4.
FR. HOFFMANN l. c. p. m. 341. COMBATUS. l. c. p. 20. & 154. BRENDDEL l. c. §. XVI. p. 130. WHYTT sämtl. Skrifter 1771. 8. p. 474.

sivis laborantes invadere solet. Facile etiam in hunc morbum incurrunt, qui febribus diuturnis m), diarrhoea n), & dysenteria, decubuerunt.

§. V.

Jam nunc mihi causae hujus mali enumerandae sunt. In earum censum veniunt: ingesta flatulenta, quae dum solvuntur, aeris magnam copiam producere valent: hinc fructus horaei praecipue immaturiores, leguminæ,

m) v. PRINGLE Krankheiten einer Armee p. m. 253. COMBALUS. l. c. p. 154. LIEUTAUD l. c. p. 237. Samml. auserles. Abh. für pract. Aerzte T. III. p. 55. WERLHOF Opp. T. I. p. 98. nota h. „Mihi praesto sunt historiae plures ubi empiricas immo methodicas sine cortice curationes & febres sponte naturae cessantes infecuta est tympanitis.

n) v. STÖRK l. c. p. 191.

gumina, &c. potus cerevisiae recentis tympanitidem saepius excitare possunt. — Potulenta porro spirituosae, a quorum creberrimo usu solo per saepe tympanitidem oriri BRENDÉL o) observavit, & alii. — Colluvies acida biliosa putrida &c. in primis viis, quae morbum hunc praecipue ciet in acutis. — Nec infrequentem causam sistunt vermes p) qui duplici modo producere tympanitidem possunt. Primum enim saepe inter se convoluti & mucos tenaci in glomeres compacti, aeri viam per intestina intercludunt. Deinde movendo, arrodendo non solum spasmos valde dolorificos; sed

o) l. c. p. 131.

p) COMBALUS. l. c. p. 38. *Sammlung auserlesener Abh. für pract. Aerzte* T. VIII. p. 677. BONNET Sepulchr. T. II. L. III. Sect. XXI. Obs. XXII. §. 3. & 4. FR. HOFFMANN Med. Rat. Syst. T. IV. Cap. XV. §. 16. p. 342.

sed etiam talem ventris inflationem excitant. Nec exempla desunt tymp. ortae ex calculis felleis, ex transitu calculi renum per ureteres q). Sic etiam post icterum r) observata. Animi pathemata, praesertim vero moeror diuturnus s), prout ad alios morbos, sic quoque ad hunc morbum producendum multum valent. Materies porro arthritica t) retrograda ex imprudenti medela,

q) v. BRENDÉL l. c. p. 126.

r) v. BAGLIV l. c. p. 576. „Icterus frequentissime mutatur in tympanitidem., COMBALUS. l. c. p. 20. BRENDÉL p. 233. DE HAEN rat. med. T. IV. cap. III. p. 60. ej. Praelect. in Institut. Patholog. Boerhay. T. III. p. 219.

s) HOYER in Act. Phys. med. A. N. C. Vol. IV. Obs. 38. BONNET Sepulchr. T. II. L. III. Sect. XXI. Obs. XXII. p. 438.

t) FR. HOFFMANN Consult. Cent. II. Obs. 67. & 71. „Multiplici experientia edoctus, firmiter

dela, vel languore totius corporis impedita, quo minus ad solita loca deponatur, uti etiam scabies u) & alii cutis affectus v) retropulsi, tympanitidi saepius praebent natales. Oboritur etiam saepe vel retento vel cohibito fluxu haemorrhoidum x) & men-

firmiter persuasus sum, ex podagra retenta vel ob refrigerium corporis, animi pathemata maximeque terrore retropulsa tumores asciticos atque tympaniticos suboriri., v. COMBALUS. l. c. p. 106.

u) v. MORGAGNI de sed. & caus. morb. Ep. XXXVIII. art. 22. & Ep. LV. art. II. COMBALUS p. 106.

v) Post variolas morbillos v. FR. HOFFMANN Med. Rat. Syst. T. c. §. XVI. p. m. 342. COMBALUS, p. 20. TISSOT Epist. ad Haller. de Variol. &c. in Tom. II. Coll. Disp. Cel. SANDIFORT. ib. p. 19.

x) v. BRENDÉL l. c. p. 129. FR. HOFFMANN Consult. Cent. II. Obs. 65. SELLE med. Clin. p. 308.

menſium y), unde lentior motus ſanguinis per viſcera abdominis & ſyſtema venae portarum, ſtagnatio demum & plethora abdominalis gignitur, quae ciendo ſpaſmos &c. tympanitidem producere poteſt. Satis frequens obſervatur morbus ex fluxu lochiorum impedito z), aut nimis copioſo a), ex tranſpiratione ſuppreſſa b). Cernitur etiam poſt

y) COMBALUSIER l. c. p. 154. LOMMIUS l. c. p. 201. BRENDÉL l. c. p. 133. STÖRK Annus II. p. 193.

z) v. COMBALUSIER l. c. FR. HOFFMANN med. rat. ſyſt. T. IV. Cap. XV. p. m. 342. MORGAGNI de ſed. & cauſ. morb. Ep. XLVIII. art. 20.

a) v. STÖRK l. c. p. 192. „Poſt partum ſi lochia nimis copioſe fluxerunt, tunc ſaepe membra intumuerunt, atque venter flatu diſtensus & in magnum tumorem elevatus eſt.,,

b) v. *Sammlung auſerleſn. Abh. für praſt. Aerzte* T. V. p. m. 248. FR. HOFFMANN l. c. c. XV. p. 340. COMBALUS. p. 106.

post inflammationes intestinorum c); ex lap-
 fu in lapidem d), ex alvo pertinaciter ob-
 structa e), ex ileo f), hernia incarcerata g).
 Nec omittenda est mentio venenorum h)
 acerrimorum, rodentium, arsenici, mercurii
 sublimati corrosivi, quae irritando fibras ven-
 triculi & intestinorum, spasmos varios vali-
 dissimos, ut & talem abdominis inflatio-
 nem horrendam procreare valent.

§. VI.

c) v. DETHARDING Diff. resp. WESTEN de
 Inflammat. sanguinea caus. tymp. Rostock.
 1759. COMBALUS. p. 90. v. SWIETEN
 T. IV. p. 173.

d) v. MORGAGNI de sed. & caus. morb. Ep.
 LIV. art. 39.

e) v. BONNET l. c. Sect. XIII. Obs. II. §. 4.

f) DE HAEN Rat. med. T. II. cap. 5. BREN-
 DEL l. c. p. 133.

g) v. Cel. RICHTER Abh. von den Brüchen
 1785. T. I. p. 99.

h) v. Cel. GMELIN von den Giften T. III.
 p. 122. & p. 139. &c.

§. VI.

Priusquam autem causae proximae pertractandae animum adjiciam paucis hic enarranda videntur quae in cadaverum tympanitide defunctorum sectionibus viri in arte summi reperierunt. Plerumque quidem intestina i), praecipue vero colon & coecum, & ventriculus k) aere mire distenta inven-

i) v. BONNET l. c. T. II. L. III. Sect. XXI. Obs. XXII. §. 1. 2. p. 438. Obs. XXVII. p. 443. Obs. LXXV. p. 534. LIEUTAUD historia anatom. med. T. I. Obs. 270. 273. 274. 276. 277. 468. LITRE Mem. de l'acad. des Sciences de Paris 1713. Obs. V. MORGAGNI de sed. & caus. morb. Ep. V. art. 21. Ep. XI. art. 13. Ep. XVII. art. 10. Ep. XXX. art. 4. Ep. XXXVIII. art. 22. XLV. art. 23. XLVIII. art. 28. 44. 45. LII. art. 8. LIV. art. 39. LV. art. 10. 11. LXII. art. 5. BRENDÉL l. c. p. 128. PRINGLE l. c. p. 254. STOLL. rat. med. T. I. p. 281.

k) v. supr. cit. & LIEUTAUD l. c. T. I. Obs.

inventa sunt, simul vero nonnunquam in quibusdam locis constricta & coarctata l) apparuerunt. Hepar corruptum m), exiguum n), scirrhosum o), lien p) pancreas, interdum sphacelatum, mesenterium consumptum q) quasi, glandulas mesenterii scirrholas r), vesiculam fellis s) bilem paucam

B 2 nigram,

15. 17. 18. 19. MANGET Bibl. pract. T. III. P.I. 282. v. PECHLIN Observ. LVII. p.m. 135.

l) v. DE HAEN rat. med. T. II. p. 79. PLATERI Obs. 656. STÖRK Annus II. p. 204. COMBALUSIER l. c. p. 155.

m) BONNET l. c. obs. XXII. §. IV. & f. c.

n) BAGLIV l. c. p. 577.

o) BRENDÉL l. c. p. 128.

p) BONNET l. c. obs. LVIII. p. 520.

q) LIEUTAUD l. c. obs. 274. 275. BONNET l. c. Obs. LVIII. p. 534.

r) BRENDÉL l. c. p. 128. BONNET l. c. obs. XXVII. p. 413.

s) *Acta N. C.* Vol. X. nr. 86. BAGLIV l. c. p. 577.

nigram, calculos, continentem invenere.

Liceat hisce observationibus adjicere historiam sectionis cadaveris tympanitide defuncti quam Cel. SOEMMERRING mecum communicavit, & ut publici juris facerem humanissime concessit. Cadaver viri LXV annorum tympanitide defuncti sequentia exhibebat: aperto abdomine valde inflato, colon transversum aere maxime distentum apparebat, ita ut ea de causa alienum situm ac in statu naturali haberet, descendebat nempe, incurvatum erat & rursus ascendebat: colon sinistrum inflatum etiam & quod memoratu dignum non solum inflatum, sed etiam quoad structuram tunicarum praeter naturam incrassatum t) & hinc illinc constrictum: colon dextrum autem a valvula usque ad transversum naturalem habebat

ex-

t) Quod etiam adhuc servat in collectione anatomica Cel. SOEMMERRING.

expansionem: tenuia intestina inflammata & quasi gelatina obducta; sparsim apparebant puris minutae particulae: ventriculus admodum contractus: omentum consumptum quasi: vesica urinaria ita erat distenta nimia urinae copia, ut nunquam majorem observaverit Cel. SOEEMERRING; porro in quibusdam locis sphacelata, quoad tunicas crassior ac in flatu naturali, & ad intestinum rectum & peritoneum per ligamenta praeternaturalia affixa erat: renes aliquid puris continebant: penis & scrotum sphacelata quasi: hepar exiguum, nigricans. Vesicula fellea calculis, qui inerant, arcte circumstricta erat: pulmones sani.

§. VII.

Maxima inter auctores obtinet dissensio circa tympanitidis causam proximam. VETERES MEDICI vel aerem solum, vel aerem &

aquam simul, pro causa habebant proxima, ita tamen ut alii sedem mali solummodo in cavitate abdominis, alii in intestinis, alii intra tunicas mesenterii & intestinorum, & alii in cavitate abdominis & intestinorum simul ponerent. — CAROL. DE LA FONT in Diff. de hydropo tympanite Genevae 1697. 8. putavit causam proximam esse aerem elasticum, fermentatione s. effervescentia bilis & succi pancreatici, vel inter se, vel cum pituita intestinali, extricatum, & sic intestina distendentem; cui vero opinioni argumenta haud contemnenda opposuere BOERHAVE, BAGLIV & COMBALUSIER. Pro causa tamen peculiari, sed non unica, hanc fermentationem accipiendam esse inter omnes fere convenit. CEL. LITTRE u) causam proximam posuit in tono intestinorum debilitato. Cum nimirum post diuturnos morbos

u) v. Mem. de l'acad. des scienc. de Paris 1713. p. 239. & 240.

morbos sanguis & succi depravati in cavit-
tate ventriculi & intestinorum coacervantur,
ibique commorantes acescunt, fermentatio
oritur, aerisque nimia gignitur copia, qua
sensim sensimque tunicae intestinorum ex-
tenduntur, flaccidaeque redduntur, morbus-
que producitur tympanitidis nomine infi-
gnitus. Varia contra hanc opinionem mo-
nuit Cel. COMBALUSIER v). Huic Cel. LIT-
TRE opinioni ex parte assentit Cl. CULLEN
x), qui idem proximam morbi causam prae-
cipue atoniae fibrarum muscularium inesse
putat, cui constrictio spastica accedat, qua
aer includitur impediturque quo minus ne-
que sursum neque deorsum abire possit. y)

B 4

Cel.

v) l. c. p. 152.

x) Anfangsgründe der pract. Arzn. Wiss.
T. IV. p. 102.y) Cui sententiae proxime quoque acce-
dit v. SWIETEN l. c. T. IV. p. 275. &
LUDWIG v. *Institut, Med. Clin.* P. II.
Cap. XV. p. 429.

Cel. DETHARDING diversam longe a prioribus sententiam in *Diff. de inflammatione sanguinea causa tympanitidis* 4. Rostock. 1759. promulgavit. Inflammationem nempe sanguineam causam proximam, aerem vero a morbo alienum aliquid esse, accedere tamen posse, tanquam effectum, contendit. Non negandum est reperiri interdum in cadaveribus tympanitide defunctorum intestina variis locis inflammata; sed eam inflammationem effectum distensionis intestinalium potius esse quam causam, veri simillimum mihi quidem videtur.

Nunc tandem WILLISII 2) sententia enarranda restat. Ille inflationem illam abdominis spasmo tribuebat inflativo. Dicit nempe: „tympanitidem tumorem esse fixum constantem aequabilem durum & a
pulsa-

2) Pharm. rat. P. II. Sect. II. c. 4.

pulsatione resonantem, a partium & viscerum membranaceorum inflatione τετανωδεις ortum, propter spiritus animales istis copia nimia adactos, ibidemque succi nervei obstruentis vitio a recessu impeditos, cui affectioni consequenter flatuum in locis vacuis aggestio, velut complementum, accedat.²² Eandem sententiam quoque fovet BAGLIV a) dicens: flatuosa ventris intumescencia, five hydrops ficcus ventris, non oritur a vapore detento intra viscerum & abdominis claustra, ut vulgus putat ignarum. Fibrae viscerum & partium abdominis intentae, nimium crispatae & exsiccatae, portentosum acquirunt elaterem unde ingens distensio solidi, sine ullo vapore interjecto." Et alio loco p. 586. l. c. „non flatus causa morbi ut antiqui crediderunt, sed fibra intentae, crispata, & portentose oscillans, quae cum

B 5

tan-

a) Opp. p. 81.

tangitur refonat." — Jam olim Cl. J. BERNOULLI b) eadem fere de ortu tympanitidis proposuit. — Quae ratio etiam BRENDelio ex parte probatur. Hanc quidem sententiam magnam prae se ferre veritatis speciem, & in quibusdam casibus proximam intumescens abdominis causam hanc spasticam inflationem esse, argumenta docent plura, quae Cel. BRENDel c) protulit. Intumescencia enim abdominis, quae oritur ex transitu calculi renum per ureteres, ex retrogrado aliquo articulorum morbo, ex hypercatharsi ex medicamentis, in accessionibus hystericeis, ex gonorrhoea suppressa, contra vero restituta gonorrhoea &c. tollitur, quanam alia ratione explicanda? Deinde haud raro alvum liberam, in tympaniticis, immo diarrhoe-

b) Diff. phys. med. de motu musculari & effervesce. Venetiis 1721, 4. ed, 2da §. VII. & VIII. p. 8.

c) l. c. §. VI. p. 126.

diarrhoeam viderunt observatores d). Tum etiam in cadaveribus ex cholera humida mortuorum, intestina & muscoli abdominis maxime distenta inveniuntur sine ullo flatu e). Magni etiam ponderis sunt observationes quas Cel. BRENDÉL §. VII. sq. affert tympanitidis octennis per venaesectionem, ejusdemque per mictum cruentum sanatae. Hic mihi quoque observationes PECHLINI f) pertinere videntur matronae nimirum, cui semel iterumque de die, sive jejunae, sive saturae in tantum subito molem efferri venter solebat, idque fere sine dolore &c. tum etiam virginis cui tumor quinquies cum accessione febris tertianae recurrebat & remittebat &c. Nec alia ratione tumores rotundi

d) BRENDÉL l. c. p. 126. STÖRKL l. c.

e) v. BRENDÉL l. c. p. 126.

f) v. PECHLIN Observat. phys. med. Hamburgi 1691. 4. p. 134. & 135.

di oblongi in musculis femoris ac surarum scorbuticorum & vaga arthritide laborantium apparentes explicandi sunt.

Minime vero id ago, ut omnem omnino tympanitidem ex hac sola causa oriri contendam; probabile mihi tantum videtur, certis in casibus ex hac causa, prout proxima originem ducere. Minime etiam intestina flatu plena in cadaveribus reperta obloquuntur, cum WILLISIUS ipse concesserit, hoc quasi complementum accedere.

§. VIII.

In tanta opinionum diversitate, quarum nulla argumentis idoneis destituta est, mihi morbi naturam perponderanti duplici illum oriri modo statuendum esse videtur, primum nempe juxta WILLISII, BAGLIVI, BERNOULLI, BRENDELII sententiam, *ex spastica*

stica inflatione tum musculorum abdominis, tum tunicarum intestinorum, deinde *exnisi aeris elastici* intestina vel cavum abdominis expandentis.

§. IX.

Quod vero ad hanc ultimam causam attinet, sedes aeris elastici expandentis variat. Primum enim intra canalem intestinorum haeret (*tympanitis intestinalis* SAUVAG.) & id quidem saepissime (v. §. VI.). Cum autem aer propter ejus naturam, dum exitus pateret, aut sponte aut auxilio respirationis abiret, probabile mihi videtur, illum interceptum esse, quae interceptio vel a causa mechanica, e. gr. faece alvina duram viam obstruente, aut valvula coli plane clausa g), aut praeternaturali angustatione partis
cujus-

g) In statu sano nimirum post exsiccationem & inflationem intestinorum in valvula

cujusdam intestinorum, vel etiam a convulsivis in nonnullis locis tubi intestinalis occurrentibus constrictionibus oritur. Eam spasticam vero constrictionem saepissime occurrere & sine illa in nonnullis casibus morbum explicari non posse, pluribus ostendit COMBALUSIER h), qui illam proximam causam esse statuit.

Deinde

vula adest foramen, Cel. SOEMMERRING autem in collectione anatomica plures possidet, foramine hocce prorsus destitutas.

h) l. c. p. 97. & p. 158. v. & MORGAGNI Ep. XXXVIII. art. 23. p. m. 27. „unde nacti sumus occasionem tympanitis certis in casibus non sine praeviis convulsivis adstrictionibus explicandi,, v. etiam HALLER Elem. Phys. T. VII. Sect. II. p. 80. „Immensae vero cum summo dolore & cita morte intestinorum distensiones fiunt, quando aer inter stricturas quascunque captivas se explicavit sive mera musculosa, sive spasmodica strictura,,

Deinde aer etiam intra tunicas intesti-
norum includitur & illas a se invicem disten-
dit i), (*Tympanitis enterophysodes* SAUVAG.)
quod tamen raro occurrit, & semper cum
priori casu conjunctum & ex illo ortum est.

Denique aer in cavitate abdominis con-
tentus est. (*Tympanitis abdominalis* SAUVAG.)
Huius quidem speciei existentiam in du-
bium

i) v. Comment. Acad. Scient. Petropol. T.
V. p. 213.

HALLER Opuscula pathol. Obs. 26. „Abdo-
men foeminae mire tumebat & una or-
tus hydrops anasarca occupaverat. Nul-
lus haecenus aer in abdomine erat, verum
intestina enormiter distendebantur & in
ipsis cellulosis spatiis extus intestinis cir-
cum positis muscularem inter membra-
nam & extimam, aer bullas excitaverat
cum tetro foetore — apparet utique pri-
mam morbi sedem in cavea intestinorum
esse,, &c.

bium vocare voluit LITTRE l.c. & alii, firmissimis tamen observationibus k) evictum est eam occurrere. Varie desudarunt medici, ut explicarent, quamam via aer in cavitate abdominis veniret. Veteres putabant aerem in intestinis solummodo accumulari, indeque per certas quasdam vias coecas, & tenues ductus in cavitate abdominis penetrare; aliis videbatur, eum per ostiola venarum mesaraicarum transire, alii denique censuerunt, per tunicarum intestino-
rum

k) v. HELMONT ignot. Hydrops. nr. 44. BAL-
LONIUS Paradigm. 141. VALLESIIUS Com-
ment. in L. 4. de vict. rat. p. 24. HEISTER
Eph. nat. curiosor. Cent. V. Obs. LXXXIV.
BONNET Sepulchr. l. c. Obs. XXIII. p.
889. Obs. XXVI. p. 485. COMBALUS. l. c.
p. 354. sq. REINMAN Act. N. C. Vol. X.
nr. 86. LIEUTAUD Hist. anat. T. I. Obs.
1775 — 1777. Obs. 73. Obs. 377. Samm-
lung Auserl. Abh. für pract. Aerzte T. V.
p. 245. DE HAEN rat. med., T. V, cap. 3.
§. 3. p. 57.

rum poros, expansione intestinorum ampliores redditos, aeri in cavum abdominis exitum patere. Mihi quidem triplici tantum ratione oriri posse in cavo abdominis tympanitidem ex aere, veri simile videtur.

1. ex effuso aliquo humore l), stagnatione calore & motu viscerum aerem gignente: humor autem iste vel lymphæ, vel bilis, vel sanguis effusus esse potest.

2. ex viscere quodam suppurante m) in cavitate abdominis, eodemque modo aeri ortum præbente.

3. ex

l) DE HAEN rat. med. T.V. p. 68. BONNET l. c. Obs. XXIII. not.

m) v. GORTER in Aph. ad Hipp. Sect. IV. nr. II.

3. ex intestinis perforatis, erosis, ruptis n), aer in cavitatem abdominis transire potest. Vario autem modo per vermes, per vulnera externa, per inflammationem o) & subsequentem gangraenam, hancce perforationem effici posse, obvium est.

In omnibus autem memoratis casibus, mors brevi temporis spatio aegros e medio tollat, necesse est.

§. XI.

Quod ad prognosin hujus mali attinet, ab omnibus fere observatoribus, pro pessimo

n) v. LIEUTAUD l. c. Obs. 287. 288. 289. 400.

o) DE HAEN l. c. T. IV. p. 66.

Observata quoque est tympanitis in omento v. PORTAL in Mem. de l'acad. des Scienc, de Paris 1732. p. 34.

mo ac exitiali habetur, ita ut PUERARIUS p) dixerit, se nullum vidisse tympanitide laborantem curatum. — Curatos tamen observarunt FR. HOFFMANN, DE LA FONT, COMBALUSIER.

Multum spei ostendere sanguinis evacuationes q), a pluribus observatum; haemorrhoides praecipue salutare vidit Cel. SELLE r). Eam speciem, quae febre stipata est, citius in mortem definere, COMBALUSIER s) affirmat. Abscessus extrorsum

C 2 evacuati

p) Addit. ad BURNETI Thesaur. Med. T. II. L. VIII. vid. etiam AETIUS Tetrabibl. L. III. e. ARETAEUS L. II. morb. diut. cap. I. WILLIS l. c. c. 4. BRENDEN l. c. §. XVI. FR. HOFFMANN Med. Rat. Syst. l. c. §. XXI. p. m. 345. LITRE l. c. p. 243. CULLEN l. c. p. 99.

q) BRENDEN l. c. p. 134.

r) Med. clinica p. m. 310.

s) l. c. p. 237.

evacuati tum fausto t) tum infausto u) eventu. Per se patet eam tympanitidis speciem, quae in cavo abdominis, a materia purulenta &c. extravasata, aut a gangraena, aut erosione, aut ruptis intestinis oritur, plus periculi habere, quam illam, quae in intestinis nascitur, quamvis etiam haec curatu semper difficilis sit. In ascitem tandem terminari etiam observatum est v).

Mortem in propinquo esse significant, tumor pedum oedematosus, fitis ingens, tormina abdominis, stranguria, respiratio summe anxiosa, pulsus inaequalis, intermittens, parvus, syncope, vomitus. x)

§. XII.

t) STÖRK l. c. p. 194.

u) ib. l. c. p. 199.

v) vid. BAGLIV p. 575. quae familiaris & ordinaria est in tympanitidem successio.

x) v. STÖRK l. c. p. 191. & 203.

§. XII.

Restat nunc ut breviter curationis capita attingam. Nonnulli in hoc malo paracenthesin suaferunt; sed hoc remedii genus valde anceps esse, ratio & natura morbi ostendit. Obvium enim est, in illa solummodo morbi specie proficuum esse, in qua ab aere in cavitate abdominis retento, muscoli abdominis extenduntur; hanc autem ab intestinali illa, non ita luculenter distingui posse y), nec nisi raro occurrere, observationibus constat. Quae cum ita sint, tympanitisque abdominalis eas habeat causas, quae malum saepe denuo excitent, nec ullum tympanitidis per paracenthesin curatae exemplum exstet, contrarii eventus vero multa z); ex censu remediorum ea ableganda videtur.

C 3

§. XIII.

y) COMBALUS. p. 503. MORGAGNI l. c. Ep. XXXVIII. art. 25.

z) COMBALUS. l. c. SELLE l. c. p. 309. LIT-

§. XIII.

Nimis longus in pertractatione medellae essem, si omnium causarum, ex quibus morbus oriri potest, respectum habere vellem; liceat ergo solummodo eam curae methodum, quae plurimis in casibus est adhibenda, proponere. Frequentissimae scilicet causae, spasmus, obviam itur, externe abdominis fomentationibus emollientibus, antispasmodicis, frictionibus cum flanela v. f. d. fumo succini impraegnata, balneis tepidis, cucurbitulis ficcis, sinapismis ad abdomen applicatis, clysmatibus emollientibus antispasmodicis ex asa foetida opio &c. Interne

TRE l. c. p. 242. *Samml.* auserl. Abh. T. V. p. 245. v. SWIETEN l. c. T. IV. p. m. 279. „Incertae sane opus aleae foret hoc tentare, sed ubi certa perniciēs imminet anceps remedium tentare licet, acerbo prognostico promisso, ut famae medici consulatur.


terne vero infusa summitatum fl. millefolii, chamomillae, acida mineralia dulcificata, liquor min. anodyn. Hoffm., ipecacuanha minutis dosibus exhibita, asa foetida nec non opiata &c. proficua videntur. — Cum autem non sufficiat, spasmos sopiisse, sed etiam causarum ratio habenda sit, quibus spasmus produci potest, inter eas vero efficacissimae deprehendantur, plethora abdominalis & obstructions viscerum abdominalium, illa tollenda, haec vero resolvendae erunt. Primae indicationi respondent venesectiones in pedibus caute institutae, hirudines ad anum applicatae, clysmata ex aere fixo, quibus non solum alvus movetur, sed saepe etiam ciendo fluxum haemorrhoidum, sanatio efficitur; sic etiam flores sulph. c. crem. tart. tanquam lenissimum digestivum & praesertim in haemorrhoid. commendandae: secundae, praecipue extr. graminis, taraxaci, saponariae, antimonialia, sulph.

fulph. aurat. antim. gummata foetida, g. ammoniacum, galbanum, asa foetida, clysmata aperientia, frictiones, balnea, motus, tum & lenissima evacuantia. Nec vero negligenda est evacuatio & correctio impuritarum acidarum, putridarum &c. in primis viis haerentium; primum igitur in principio morbi emetica propinanda sunt, quae evacuando & tollendo spasmos agunt, nec non purgantia lenissima antispasmodicis mixta — deinde correctioni apta videntur mixtura Riverii, cremor tartari c. magnesia, acida mineralia diluta, spiritus sulph. per campanam & f. p. Profligato morbo, tonus partium ista distensione amissus, restituendus erit, roborantibus, externe, frictionibus abdominis, fomentationibus aqua frigida, fascia; interne vero conducunt extracta amara, extr. centaur. minor. cardui benedicti, absynthii, gentianae rubrae, trifolii fibrini, cortex peruvianus, martialia, fl. salis ammon.

ammon. martialis, R. martis pomata, cydoniata & f. p.

§. XIV.

Quod ad dietam attinet, generatim aeger abstineat a cibis flatulentis non perspirabilibus, crassis, ab animi commotionibus, moerore, tristitia, caveat potum spirituosum, nimiam venerem, fugiat otium, & leni corpus exerceat motu, cibis utatur perspirabilibus, potionibus leniter resolventibus & roborantibus.



THESES.

I.

Arthritis non ex materia sui generis oritur.

II.

Non ob specificam vim anthelminticam, sed ob robur solummodo, quod intestinali tubo conciliant, vermes expellunt quaedam amara remedia.

III.

Tutius est ad coercendas hæmorrhagias ligatura uti, quam compressione.

IV.

Lingua impura non semper postulat evacuationes alvinas.

V.

Diaphoretica nisi simul sunt antispasmodica, prodesse nequeunt, immo nocent.

VI.

Gravidis magis convenit evacuatio alvina, quam venaesectio.

VII.

Maxima pars exanthematum ex abdomine originem ducit.

RECEIVED

EVHONTA
IOSA

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

EXHIBIT

